

Prot. N. 12/2023



CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

Dicasterium pro Episcopis dal 5 giugno 2022

TUSCULANAE

de Administratoris Apostolici nominatione

DECRETUM

Ad consulendum regimini suburbicariae Ecclesiae Tusculanae, vacantis post renuntiationem Exc.mi P.D. Raphaëlis Martinelli, Summus Pontifex **FRANCISCUS**, Divina Providentia **PP.**, praesenti Dicasterii pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum memoratae Ecclesiae, ab hodierna die et donec eius electus successor canonicam dioecesis possessionem capiat, eundem Exc.mum P.D. **Raphaëlem MARTINELLI**, eique iura, facultates et onera tribuit quae Episcopis dioecesanis, ad normam sacrorum canonum, competunt, attentis, tamen, quae in n° 244 Directorii de pastoralis ministerio Episcoporum “Apostolorum Successores” continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Dicasterii pro Episcopis, die 12 mensis Septembris anno 2023.

*+ Robert F. Prevost
prae.*

*+ Wilson de Jesus Montanari
A. Secret.*